

*Ma lib. d. el Coll. m. 82*  
DE *sequencia*

CANONICORUM  
ORDINE  
DISQUISITIONES.

QUIBUS

Hujusce Ordinis origo, propagatio varia ac multiplex,  
& natura dilucidè articulatèque tractantur.

*Autore P. \*\*\* è Gallicanâ Canoniorum Regularium Congregatione.*



PARISIIS,  
Apud EDMUNDUM COUTEROT Bibliopolam, viâ Jacobæâ,  
ad Insigne Boni Pastoris.

---

M. DC. XCVII.  
CUM PRIVILEGIO ET PERMISSU SUPERIORUM.

## P R Æ F A T I O.



N O X I tandem animum, Erudite Lector, ut tibi antiquitatem Ordinis mei dignitatemque probarem. Odiosa verò res, & meo etiam iudicio vituperabilis; nisi me scribendi necessitas & ratio eâ in re excusent. Enimverò, si ne secularibus quidem hominibus datur à nobis hæc venia, ut de generis sui nobilitate effusè gloriantur, nullâque rerum necessitate coacti digrediantur ad Majorum suorum dignitatem ostendendam, quantò religiosos viros secularis quisque gravius feret de Ordinis sui antiquitate etiam atque etiam contendere, sibi que temporalis cujusdam nobilitatis gloriam, qualem hujus sæculi natales fortè non dederunt, ex religiosi instituti sui vel officii dignitate repetitam ambitiosè sumere & arrogare? Hanc ego certè ambitionem religiosâ mente indignam prorsus duco, nec religionem censeo ullâ re magis deprimi atque obscurari posse, quàm si hoc, quidquid est vitii, in alumnis suis foveat aut patiat. Ecquæ enim, te quæso Lector, est ista hæc Religio, quæ ideò se laudari & placere vult, quòd primas in Conventibus, tum Ecclesiasticis, tum etiam Civilibus, agat; quòd divitiis abundet, aut magnificis domibus; quòd jam olim mundo placuerit; quòd suos extulerit ad universos honores, nec ullo



DE  
CANONICORUM REGULARIUM  
ORDINE.

*DISQUISITIO PRIMA.*

UBI

*Ejusdem Ordinis agitur Antiquitas.*



**D**E Regularium Canonicorum Ordine qui nostra aetate judicantur, mirum quantum inter se dissentiant. Quidam enim negant Regulares Canonicos extitisse ullos ante seculum Ecclesiae undecimum, cum Ordinis nostri magna, concessu omnium, est facta conversio. Quidam Regularium Canonicorum originem revexerunt ad Concilii Aquisgranensis tempora. Sunt qui Instituti nostri rationem omnem in Augustinum tanquam in primum auctorem referant. Alii quipiam rem adhuc altius ab Apostolicis usque temporibus repetunt. Quid in unâquaque ejusmodi sententiâ verum sincerumque sit, propositum mihi est hoc loco ritè atque ordine investigare. Hinc quatuor hujus Disquisitionis Capita denuò pro varietate rerum dividua.

I N D E X.

- nense Concilium Veteres Canonici 96. ante hos Canonicos Clerici Hipponenses Augustini Convictores, 192. & seq. Imò ante Augustinum Clerici continentiae perfectioris colentes, 266. & seq. Magnum hoc votum ipsis Apostolis attribuit Augustinus, 258.
- Vota Clericorum Hipponensium, tempore Magni Augustini, tam fuere solennia, quam, quae sub id tempus erant solennissima, 195.
- Vota religiosa Clericorum neminem vi sua Monachum reddunt, 411. à Clericis influxerunt in Monachos, 273. 277.
- Vota religiosa Monachorum ac Canonicorum iisdem argumentis attentari possunt, 44. Sistebant olim in solâ castitatis promissione, 29. vel in solo obedientiae voto 31. vel in promissione stabilitatis & commendationis morum, id est, in proposito inquirendae perfectionis, 96. 145. 273. 274. &c.
- Votorum religiosorum remissio seu dispensatio quo usque olim processerit, 27. 28.
- Urbani I. Papae Epistola quamvis fictitia, ostendit, quænam ineunte seculo nono fuerit apud Clericos Canonicos Religionis, religiosorumque Votorum consuetudo, 38.
- Urbani Monachi quinam olim fuere, 519. 520.
- Werenfridus Ultrajectensis Ecclesiae Canonicus ut Parochis Regularibus exemplo sit, 303.
- X.
- X**ENODOCHIA infirmorum passim fuere commissa Regularibus Canonicis, 353. 368.
- Y.
- Y**VONIS Carnotensis Episcopi sententia de delectu Canonicorum, quibus curâ animarum committitur, 433. 438.
- Z.
- Z**ACHARIÆ I. R. P. de Parochorum Regularium professione & externo cultu sententia. 490.

P A R I S I I S,

Ex Typographiâ Antonii Lambin, anno 1697.